

*Lib. XXX. XXXI. XXXII.*

## De Legatis & Fideicommissis.

§.1. *Legatum* est donatio, à defuncto verbis civilibus relieta, ab herede præstanda.

Olim 1. per *vindicationem*, Titius fundum habeto, sumito: (& legatarius statim post aditam fiebat Dominus: ex pluribus eligebat.

2. per *damnationem*, heres meus dato, damnas esto dare: & heres eligebat ex pluribus.

3. *sinendi modo*: damno heredem, ut sinat Titium sumere; mixtus est ex utroque priore.

4. per *præceptionem*: Causa heres illam rem præcipito: Hinc præcipuum.

Post: uno eodemque modo.

*Legatum partitionis*: e.g. Titius heres esto: partitoq; hereditatem meam cum Sejo parte dimidia. vid. Inst. §.5. de fid. her.

§.2. (1) *Subiectum relativum*, Quis legare possit? est is, qui jus habet Testamenti faciendi.

§.2. (2) *Subiectum correlativum*: Cui legari possit? Sunt ii, qui in Testamento heredes institui queunt (nisi ante testatorem moriantur) etiam incertæ personæ.

Relinqui autem potest

vel singulis

vel Collegiis & Civitatibus, quatenus universis.

Item DEO, sc. pauperibus, etiam innominatis h. c. Xenodochio pauperiori, vel maximè afflictis inopia.

Ecc 2

§.4.